



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Aphricano temporum scriptore. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

cæteros nostra iam ætate, crebro hominũ sermone prædicatum: & fratrem eius Athenodorum: quorum animis liberalium disciplinarum, tum Græcorũ, tum Latinorum cupiditate supra modum inflammatis & quasi obstupefactis, Origenes diuinæ Philosophiæ & doctrinæ Christianæ amorem sensim instillauit, eosque à prioribus studiis, facta mutatione, ad sacrarum literarum cõmentationem pia sua cohortatione traduxit. Quinquennio integro in eius schola versati, tantam & tam admirabilem in sacrosanctis Dei eloquiis fecere progressionem, vt dum adhuc ambo admodum adollescentes erant, ecclesiarum in Ponto crearentur episcopi.

De Aphricano temporum scriptore.

CAP. XXIIII.

PER idem tempus Aphricanus, librorum scriptor, qui *Æsopi* appellantur, magna commendatione ad hominum famam profluxit. Huius de historia Susannæ à Daniele literis prodita, quasi adulterina esset, & commentitia, magno opere dubitantis, extat epistola ad Origenem scripta, Ad quam Origenes per literas plenissimè respondebat. Eiusdem Africani quinque alii libri de temporum & annalium serie accurata quadam industria elaborati ad nos peruenerunt. In quibus ait se Alexandriam propter incredibilem Heraclæ famam, quæ vbique manauerat, iter fecisse: quem propter Philosophiæ & aliarum Græcarum disciplinarum cognitionem, qua egregiè excellebat, ad ecclesiæ illius episcopatum administrandum delectum esse, supra docuimus. Est etiam alia epistola ab eodem Aphricano ad Aristidem perscripta, de ea quæ putatur esse Genealogiarum Christi apud Matthæum, & Lucam, discrepantia. In qua euangelistarum consensum ex historia quadam, quæ ad sua ipsius tempora integra deuenerat, apertissime tradit: quam equidem oportune in primo libro huius operis, quod habemus in manibus, ab eo petitam citauit.

Vide Suidam & Hiero.

R 3

Quot